



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

20. Februarii. Experimento didici, ultra modum longis contemplationibus addictos, plùs patere dæmonum præstigiis, ac reddi intractabiles. S. Ignat. apud Bart.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

Prudens Medicus prius arteriam tenet, naturam attendit, deinde de medicina præscribenda sollicitus, quæ cum prodest uni, officit alteri, etiam pari morbo laboranti. Nec minor in animæ cura desideratur discretio.

Omnibus omnia fieri debuit Apostolus, qui Doctor gentium audire voluit. Ut crepidam pedi, non pedem illi accommodat artifex, ita se hominibus aperet magister.

Media, non quàm pretiosa, quàmque sibi in amoribus, sed quàm apta fini, attendendum: secus onerabunt amplius, quàm juvabunt.

20. Februarii.

*Experimento didici, ultra modum longis contemplationibus addictos, plus patere demonum prestigis, ac reddi intractabiles. S. Ignat. apud Bart.*

**I**nfallibile erroris argumentum est, suo ductu regi velle. Nemo sanctus simul & intractabilis, quia nemo intractabilis est humilis. Cum tamen non contemplatio, sed humilitas certus virtutis index sit.

Contemplatio, quæ te facit in sensu tuo abundare, tibi placet, non Deo; parùm

proficua, nisi ad arrogantiam; otio vici-  
nior, quàm negotio.

Complacencia illa ex contemplationis  
sublimitate orta, satis ostendit, cujus ma-  
gisterio doceatur, ejus nempe, qui parent  
est superbiæ.

Seraphinum se mentitur vaser diabo-  
lus, sublimes ingerit affectus, sanctissimi  
proponit mysteria, & ad altissima invitat,  
sed ut lapsu graviore ruas, eorùmque nu-  
merum augeas, qui priùsquàm ambulare  
nòssent, volare conati, turpiter ceciderunt.  
Tutiùs in humili.

## 21. Februarii.

*Valentior nunquam contra nos evadit hostis  
tartareus, quàm, cum secreto ac clancu-  
lùm operatur. S. Ignat. in exerc.*

**Q**uid magis pronum, quàm in tenebris  
errare? Qui sibi in rebus animæ fa-  
cem præfert, ignem sequitur fatuum, & rita-  
dum maximè egeret lumine, hoc se desti-  
tutum, ac in præcipiti positum videbit.

Non est præsidium ita validum, quod  
cuniculis everti non possit, nec unquam  
plus habet periculi, quam dum sui securum  
pericula non timet; momento nàmque